



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1729. usque ad annum 1731

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1785**

**VD18 13322648**

§. 27. Salisburgensium rusticorum Deputati ad Cæsarem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67677](#)

§. XXVII.

Sæc. XVIII.

A.C. 1731.

*Salisburgensium rusticorum Deputati  
ad Cæsarem.*

Paterna Cæsaris monita apud eos, quibus sub Religionis larva jugum debitæ subjectionis executere constitutum erat, adeo nil profuere, ut hi eodem Mense Augusto clam viginti & unum factionis suæ homines Viennam ablegarent. Hi a nemine molestati Lin- cium usque pervenient, cum autem nullis publicæ auctoritatis literis provisi essent, urbem ingredi prohibiti sunt: quocirca supplicabant, ut eis saltem Cæsareæ literæ, quibus tutum iter Ratisbonam usque præstaretur, trade- rentur: Id quoque eorum datum est precibus, ast confecto unius diei itinere a quodam Comite intercepti Lincium reverti jubebantur, ubi comperto, quod in suum legiūmum Principem ac Do- minum rebelles insurgerent, custodiæ quidem dati sunt, sed omnibus (ut ipsimet fatebantur) charitatis officiis excepti, ac bene saginati post viginti trium dierum moram sub honorifco militum comitatu Salisburgum reducti fuere. Rumore ad Alpes pervolante perinde acsi eorum Deputati Viennæ in vincula conjecti fuissent, mox Sant-

Nn 5

Joan-

Sæc. XVIII Joannenses & Wagranienses rustici de  
A. C. 1731 clararunt, quod id si certo scirent, mo-  
sumptis armis Catholicorum carnifices  
initium daturi essent; sibi enim a Rati-  
bonensibus promissas esse Helvetio-  
rum, Brandenburgensium & Saxonum  
suppetias, circa festum S. Martini mil-  
lum ex suis Dominis vita superstite-  
fore, atque pusillum Catholicorum de-  
vium manipulum nullo negotio tro-  
dandum, demum Catholicos in sylvisti-  
rarum more circumerraturos, nec civem,  
nec militem aut quemcunque alium  
ex Catholicis a cæde immunem fore  
&c.

## §. XXVIII.

*Ratisbonensium Legatorum responsum  
ad Cæsaris literas.*

**Q**uantumvis Salisburgensium rebellio-  
Religionis velamento palliata per  
juridicam inquisitionem, juratosque  
testes pene innumeros, imo per ultra-  
neam factiosorum confessionem compro-  
bata fuisset, & ipsem Archiepiscopum  
ad præripiendum honestandæ seditionis  
prætextum privatum eis lectæ exer-  
citium concessisset, ac prætensa eorum  
gravamina fustulisset, nihilominus Ca-  
tholicorum Principum Oratores, qui  
se *Corpus Evangelicorum* vocant, horum  
rebel-